



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

50 Qvemadmodvm Cemiteria Nonnvnq[ue] superflue, ac minime  
necessario consecrentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

inhonesta exerceant commercia, ac munia, sacerdotibus ob  
ant indigna. Quæ res ansam subinde ministrat, vere ecclesiæ  
sticos, ac Christo sacros presbyteros floccipendendi, nihilic  
faciendi, q̄ illorum vita coram vniuerso populo offendicu  
lis sit q̄ refertissima. Interim a quibusdam episcopis sex cor  
ruptis testibus, ad hoc adhibitis, dignus ne sit sacerdotij mu  
nere, vel minus ordinandus, fides adhibetur, qui passim q̄sc̄  
indignissimos simulatis suis vocibus testantur dignos, adq̄  
hoc ministerium aptos ferunt & accommodos; licet non ra  
zo nullus personarum illorū testium, ordinandum, vel de  
facie albus an ater sit, nouerit, conanturq; ita Christianis san  
ctionibus, sub persona, fuceo, atq; fictitio tantum prætextu  
satissacere.

#### DE IMPENSIS IMMODICIS, QVAE IN ecclesiarum consecratione insumuntur.

48 Insuper quum ecclesiæ ac templo pretenuia quidem, deo  
dicant, facrantq; nonnulli suffraganeorum, subditos vtcūq;  
per se egestate laborantes, superfluis, minimeq; necessaria  
sumptibus onerant; necq; hoc contenti, quin munera quoq;  
& illa quidem immodica, a misera plebecula exigāt.

49 Item quum laici ecclesijs altaris donant ornamenta quæ  
dam, necnon casulas, & similia, ac in dei honorem pecunias  
suas expendunt, nihilominus tamen Suffraganei exigunt,  
vt talia, priusq; ad altaris conuertantur vsum, consecrentur,  
pro qua demum consecratione munera ac dona petuntur in  
numera. Quapropter æquum est, vt tales abusus deleantur.  
Et si Suffraganei frustra laborare nolint, vt vnicuiq; prælato  
aut plebano talia faeiendi permittatur potestas.

QVEMADMODVM CEMITERIA NONNVN  
q̄ superflue, ac minime necessario consecrentur.

50 Demum si forte sine armis, pugnis tantū & capillis in ce  
miterio, duo, pluresue manus conserant, aut rixam habeant,  
ad sanguinis vsc̄ quantumuis modici effusionem, tum ad  
interdictorum.

interdictorum severitatem recurunt ecclesiastici, nec prius  
publica Christianorum redintegrant officia, q̄b ciuium vni-  
uersitas cimiterium denuo magna pompa, grauibusq; nec  
prefecto minoribus impensis consecrari curauerit, q̄b pri-  
mum, vt prædictum est, ex prophano redditus sit sepultu-  
ræ is locus sacer. Quæ omnia in caput tandem redundant  
laicorum.

Item, Suffraganei excogitauerunt, vt solum ipsi, & nul-  
lus alius sacerdos, laicis campanas baptisent; credunt deinceps  
de simpliciores ita affirmantibus suffraganeis, tales campa-  
nas baptisatas, demones & tēpestates pellere. Quapropter  
innumerī plerūq; adhibentur compatres; præcipue vero, qui  
fortuna pollent, exorātur, qui baptismationis tempore funem  
qua campana religata est, tangunt, ac Suffraganeo præcinen-  
te, ( quemadmodum in paruulorum baptismatione fieri solet )  
omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant,  
vesteq; noua, quæ admodum & Christianis fieri solet, campa-  
na induitur. Inde ad sumptuosa properatur conuicia, quibus  
præcipue compatres, vt eo largius munera offerat, adhiben-  
tur, necnon suffraganei & eorum capellani cum multis alijs  
ministris regaliter pascuntur. Nec hoc satis est, sed & suffra-  
ganeo mercedem persoluere necesse est, q̄b illi munusculum  
vocare solent, inde euénit, vt aliquando etiam in paruis vil-  
lis centum floreni in tali absumentur & expandantur bapti-  
satione; quæ res non solum superstitione, sed etiam Christianis  
religioni contraria, ac simpliciorum seductio, & mera est  
exactio. Veruntamen Episcopi, vt suffraganeos vel vilissima  
oberare possint mercede, talia & adhuc absurdiora toles-  
rāt. Res igitur tā nephāda & illicita merito aboleri debet. Ce-  
terum si conducere videtur, vt campanæ consecrentur ( ita  
enim Suffraganei baptismationem appellant, quoties a pru-  
denteribus de hac re interpellantur. ) conueniens erit, vt ta-  
lis consecratio per vnūquenq; sacerdotem; quemadmodum

E